

**D**EUS, ✠ qui humánæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti: da nobis, per huius aquæ et vini mystérium, eius divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fíeri dignátus est párticeps, Iesus Christus, Fílius tuus, Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sácula sæculórum. Amen.

**A**B ILLO bene ✠ dicáris, in cuius honóre cremáberis. Amen.

**A**CCÉNDAT in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flammam ætérnæ caritátis. Amen.

**L**AVABO inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine:

Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam:

In quorum mánibus iniquitátes sunt: délixera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingrèssus sum: rédime me et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sácula sæculórum. Amen.

**C**ORPUS tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adháereat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecerunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. Amen.